Publij Ouidij Naſonis Poetae conſulatio ad Liuiam auguſtam de morte Druſi Neronis filij eius qui in Ger/mania morbo perijt.

iſa diu foelix mater modo dicta neronum
Jam tibe dimidium nomiuis huius adeſt.
Jam legis in drnſum mirabile liuia carmen
Unum qui dicat iam tibi mater habes.
Nec tua te pietas diſtendit amore duorum:
Nec poſito fili nomine dicis vter.
Et quiſquã leges audet tibi dicere flendi?
Et quiſquã lachrymas temperat ore tuas?
Hei mihi quã facile eſt q̃uis hoc cõtigit omnes
Alterius luctu fortia verba loqui.
Scilicet exiguo percuſſa es ulmſinis ictu:
Fortior vt poſſis cladibus eſſe tuis.
Occidit exemplum iuueuis venerabile morum:
Maximus ille armis: maximus ille toga.
Ille modo eripuit latebroſas hoſtibus alpes:
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus ſuenos acre: indomitoſq; ſicãbros
Contudit: inq; fugam barbara terga dedit.

Ignotumq; tibi meruit romane triumphum:
Protulit in terras inperiumq; nouas.
Soluere vota ioui fatorum ignora tuorum
Mater: & armiſerae ſoluere vota deae.
Gradiuumq; patrem donis implere parabas:
Et quoſcumq; colli eſt iusq; piumq; deos.
Maternaq; ſacros agitabas mente triumphos:
Forcitan & curae iam tibi currus erat.
Funera pro ſacris tibi ſunt ducenda triumphis:
Et tumulus druſum pro iouis arce manet
Fingebas reducem. perceptaq; mente fouebas
Gaudia & ante oculos iam tibi victor erat.
Iam veniet iam me gratantem turba videbit:
Iam michi pro druſo dona ferenda meo:
Obuia progrediar: foelixq; per oppida dicar:
Collaq; & oſq; oculos illius ore premam.
Talis erit: ſic occurrere: ſic oſcula iunget.
Hoc michi narrabit: ſic prior ipſa loquar.
Gtudia magna foues: ſpē pone miſerrima falſam:
Deſine de druſo laeta referro tuo.

Caeſaris illud opus veluti pras altera veſti
Occidit: indignas liuia ſolue comas.
Quid tibi nunc mores proſunt: actumqꝫ pudice
Omne aeuum: ⁊ tanto iam placuiſſe viro:
Quidqꝫ pudicica tantum inuiolata bonorum:
Ultima ſit laudes inter vt illa tuas:
Quid tenuiſſe animum contra ſua ſaecula rectum:
Altius ⁊ vitiis exeruiſſe caput:
Nec nocuiſſe vlli: ⁊ fortunam habuiſſe nocendi:
Nec quemqꝫ neruos extimuiſſe tuos:
Nec vires erraſſe tuas canpoqꝫ foroqꝫ:
Quanqꝫ licet citra conſtituiſſe domum:
Nempe per hos etiam fortunae iniuria mores
Regnat: ⁊ incerta eſt hic quoqꝫ nixa rota.
Hic quoqꝫ ſentitur ne quid non mproba carpat.
Scaeuit: ⁊ in iuſtum ius ſibi vbiqꝫ facit
Scilicet immunis ſi luctus vna fuiſſet
Liuia: fortunae regna minora forent.
Quid ſi non habitu ſic ſe geſſiſſet inomni:
Ut ſua non eſſent inuidioſa bona:

Caeſaris adde domum: quae certe funeris expers
Debuit humanis altior eſſe malis.
Ille vigil ſumma ſacer ipſe locatus in arce
Res hominum ex tuto cernere dignus erat:
Nec fleri ipſe ſuis: nec quenq̃ flere ſuorum:
Nec quae nos patimur vulgus et ipſe pati.
Vidimus erepta moerentem ſtirpe ſororis
Luctus vt in druſo publicus ille fuit.
Condidit agrippam: quo te marcelle ſepulchro:
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix poſito agrippa tumuli bene ianua clauſa eſt:
Perficit officium funeris ecce ſoror
Ecce ter ante datis iactura nouiſſima druſus
A magno lachrymas caeſare quartus habet.
Claudite iam parce: nimium reſerata ſepulchra
Claudite: plus iuſto iam domus iſta patet.
Cedis: et in caſſum tua nomina druſe leuantur:
Vltima ſit fati haec ſumma querela tui.
Iſte poteſt implere dolos vel ſaecula tota:
Et magni luctus obtinuiſſe locum.

Multi in te amiſſi nec tu tot uerba bonorum
Omnis cui uirtus contigit unus eras.
Nec genitrice tua fœcundior ulla parentum
Tot bona per partus quae dedit una duos.
Heu par ubi illud eſt: tot idem uirtutibus aequū
Et concors pietas: nec dubitatus amor:
Uidimus attonitū fraterna morte neronem
Pallida promiſſa flere per ora coma.
Diſſimilemq; ſui uultu profitente dolorem:
Hei mihi q̄ toto luctus in orbe fuit.
Tu tamē extremo morituꝝ tempore fratrem
Uidiſti; lachrimas uidit et illa tuas.
Affigiq; ſuis moriens tua pectora ſenſit:
Et tenuit uultu lumina fixa tuo.
Lumina caerulea iam iamq; nutātia morte:
Lumina fraternas iam ſubitura manus.
At miſerāda parens ſup̄ma neq; oſcula figit:
Frigida nec mouit membra tremēte ſinu.
Non animam appoſito fugiētem excepit hiatu:
Nec traxit caecas p tua membra comas.

Raptuus es abſemti dum te fera bella morantur:

Utilior patriae q̄ tibi druſae tuae.

Liquit̃ vt quondã zephyrũs ⁊ ſolibus ictae

Soluunt̃ tenerae ṽre tepẽte niues,

Te q̃rit̃ caſuſque malos irriſaque tales:

Accuſantque amnos vt diut̃na ſuos·

Talis iu vmbroſis mitis nunc deniq; ſiluis

Deflet threicium dau nias ales itym.

Halcyonum tales ventoſa per aequora queſtus

Ad ſurdas tenui voce ſonãt aquas.

Sic plumoſa nouis plangentes pectora penis

Oenidem ſubitae concinuiſtis aues.

Scic fleuit climene: ſic ⁊ climeneidos altae:

Cum iuuenis patriis excidit ictus equis.

Congelat̃ int̃ dum lachymas durat que tenet q;:

Suſpenſaſque oculis fortior ictus agit.

Rumpunt̃ it̃ũque grauant gemitumq; ſinuſque

Effuſae grauidis vberibusq; genis.

In vires abiit flendi mora plenior vnda:

Defluit exigua ſi qua retenta mora.

Tandem vbi per lachymas licuit: ſet flebilis orſa eſt
Singultu medios in pedinte ſonos.
Nate breuis fructus duplicis ſors altera partus
Gloria confectae nate parētis vbi es?
Sed neqꝫ iam duplicis nec iam ſors altera partus
Gloria cōfectae nunc quoqꝫ matris ubi es?
Heu modo tātus ubi es? tumulo portaris et igni
Haec ſunt inreditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducē digna videre fui?
Ceaſaris vxori ſi tālia dicere fas eſt:
Jam dubito magnos an rear ccce deos?
Nam quid ego admiſi? quae ego nō numina cultu?
Quos ego nō potui demeruiſſe deos?
Hic pietatis honos? artus amplector inanis.
Euocat os ipſos flama roguſqꝫ ſuus.
Te ne ego ſuſtineo poſitū ſcelerata videre?
Te ne meae excepterūt vngere nate manus?
Nunc ego te infelix ſummū teneoqꝫ tueorqꝫ?
Affigoqꝫ manus oraque ad ora fero.

Nunc p̄mū aſpicerꝭ conſul victorque parēti
  Sic mihi: ſic miſ̄ae nomina tanta refers.
Quo p̄mū vidi faces: in funere vidi.
  Et vidi euerſos indiciūque mali.
Quis credat: mariti lux haec cariſſima venit:
  Qua natum iu ſummo vidit honore ſuum.
Iam ne ego non foelix? iam pars mihi rapta nerōnū
  Materni celeber nomine druſus aui?
Iam ne meus non eſt: nec me facit ille parentem?
  Iam ne fui druſi mater: et ipſe fuit?
Nec cum victorem referatur adiſſe neronem?
  Dicere iam potero maior: an alter adeſt?
Vltima contigimus: ius matris habemus ab vno:
  Vnius eſt munus quod tamem orba negor.
Me miſ̄ā extimui: frigus que per oſſa cucurrit.
  Nil ego iam poſſum certa vocare meum
Hic meus ecce fuit: iubet hic de fratre veteri.
  Omnia iam metuo: forcior ante fui.
Soſpite te ſaltem moriar nero tu mea condas
  Lumina: ⁊ excipias hanc animā ore pio.

Atqꝫ vtinam drusi manus altera: et altera fratris
Formarent oculos cõprimerentqꝫ meos.
Quod licet hoc certe tumulo ponemur in vno
Druse neqꝫ ad veteres conditus ibis auos.
Miscebor cinerique cinis: adqꝫ oſſibus oſſa
Hanc lucem celeri turbine parca neat:
Haec et plura refert: lacrymae ſua verba ſequũtur
Oraqꝫ nequicꝙ̃ per modo queſta fluunt.
Quin etiam corpus matri vix vixqꝫ remiſſum
Exequiis caruit liuia pene ſuis.
Quippe ducem arſuris exercitus oĩs in armis
Inter queaqꝫ ruit ponere certus erat.
Abſtulit inuitis corpus venerabile frater:
Et druſum prime: quod licuit que dedit.
Funera ducunt romana per oppida druſi:
/Heu facinus:/ ꝑ quae victor iturus erat.
Per quae deletis rhetorum venerat armis.
Hei michi ꝙ̃ diſpar huic fuit illud iter.
Conſuluit fractis moerentẽ faſcibus vrbẽ:
Quid faceret victus ſic vbi victor init?

Moeſta domus plãgore ſonat: cui figere laetus
Parta ſua dominus vouerat arma manu.
Urbs gemit: ⁊ vultum miſabilis induit vnum:
Gentibus aduerſis forma ſit illa precor.
Incerti clandũtq; domos: ſtrepitãtq; per vrbẽ
Hic illic pauidi clãque palãque dolent.
Iura ſilent: mutaeque tacent ſine vindice leges:
Apicitur toto purpura nulla foro.
Diique latent tẽplis: neque iniqua ad ſunera vultus
Praebent: nec poſcunt thura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent: pudet ora colentum
Aſpicere inuidiae quam meruere metu.
Atque aliquis de plebepius pro paupere uato
Suſtulerat timidas ſydera ad alta manus.
Iamque precaturus quid ego aut credulus inquid
Suſcipiam in nullos irrita vota deos:
Liuia non illos pro druſo liuia mouit:
Nos erimus magno maxima cura ioui:
Dixit: ⁊ iratus vota inſuſcepta reliquit.
Durauitque animum deſtituit que preſes.

Obuia turba ruit:lacrymiſque rigantibus ora
  Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus iidem oculi:par eſt concordia flendi.
  funeris exequiis adſumus omnis eques.
Omnis adeſt aetas:moerent iuueneſque ſeneſque:
  Auſoniae matres auſoniaeque nurus.
Autoriſque ſui prefertur imagine moeſta:
  Quae victrix templis debita laurus erat.
Certat onus luctu generoſa ſubire iuuentus.
  Et ſtudet officio ſedula colla dare.
Et voce ⁊ lachrymis laudaſti caeſar alumnum:
  Triſtia cum medius rumperet oſſa dolor.
Tu letum optaſti diis aduerſantibus omen.
  Par tibi ſi ſinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur caelum:te fulmine pollens
  Accipiet cupidi regia magna iouis.
Quid petiit vult ille tibi vt ſua facta placerent:
  Magnaque laudatus praemia mortis habet.
Armataeque rogum celebrant de morte cohortes.
  Aſt pedes exequias reddit equeſq; duci.

Te clamore vocant iterumq; iterumq; ſupremo
At vox aduerſis collibus icta redit.
Ipſe pater flauis tyberinus adhorruit vndis:
Suſtulit e medio nubibus amne caput.
Tum ſalice implexum muſcoq; et arundine crinē:
Caeruleum magna legit ab ore manu.
Vberibuſq; oculis lachrymarum flumina miſit:
Vix capit adiectas alueus altus aquas.
Iamq; rogi flammas extinguere fluminis ictu
Corpus et intactum tollere certus eras.
Suſtentabat aquas.curſuſq; inhibeat equorum:
Vt poſſet toto proluere amne rogum:
Sed mauors templo vicinus et accola campi
Tot dixit ſiccis verba neq; ipſe genis:
Quanq̄ amnes decet ira:tamen tyberine quieſcas
Non tibi non nullis vincere facta datur.
Iſte meus periȷ̄t periit arma inter et enſes:
Et dux pro patria funera cauſa latet'
Quod potui tribuiſſe dedi:victoria parta eſt.
Autor abit operis: ſed tamen extat opus

Quondam ego tentaui clothoque duaſque ſorores:
Pollice quae certo penſa ſeuera trahunt.
Ut remus iliades: ⁊ frater conditor vrbis
Effugerent aliqua ſtagna profunda via:
De tribus vna michi partem accipe quae datur inquit
Muneris ex iſtis quod petis: alter erit.
Hic tibi: mox veneri caeſar promiſſus vterque
Hos debet ſolos martia roma deos.
Sic cecinere deae: nec tu tyberine repugna
Irita nec flammas amne morare tuo
Nec iuuenis poſiti ſupremos deſtrue honores.
Uade age ⁊ immiſſis labere pronus aquis:
Paret: ⁊ in longum ſpacioſas explicat vndas.
Strictaque pendenti pumice tecta ſubit.
Flamma diu cunctata caput contingere ſanctum
Errauit poſito lenta ſibi vſque toro.
Tandem vbi conplexa eſt ſyluas alimentaque ſūpſit
Aethera ſubiectis lambit ⁊ eſtra comis:
Qualis in herculea colluxit collibus oete
Cum ſunt inpoſito menbra cremata deo.

Vritur heu decor ille viri: generoſaque forma
Et facilis vultus: vritur ille vigor.
Victriceſque manus: facundaque manus principis ora
Pectoraque ingenij magna capaxque domus:
Spes quoque multorum flammis vruntur in iiſdem.
Iſte rogus miſeris viscera matris habet.
Facta ducis viuent: operoſaque gloria rerum
Haec manet: haec auidos effugit vna rogos.
Pars erit hiſtoriae: totoque legetur in aeuo
Seque opus ingeniis: carminibuſque dabit.
Stabis et in roſtris tituli ſpecioſus honore.
Cauſaque dicemur nos tibi druſe necis.
At tibi ius veniae ſupereſt germania nullum
Poſt modo tu poenas barbare morte dabis
Aſpiciam regum liuentia colla cathenis
Duraque per ſceuas vincula nexa manus.
Et tandem trepidos vultus: in que illa ferocum
Inuitis lachrymas decidere ora genis.
Spiritus ille minax et druſi morte ſuperbus
Carnifici in moeſto carcere dandus erit.

Conſiſtam laetiſque occulis: laetuſque videbo
Strata per obſcenas corpora nuda vias.
Hunc aurora diem ſpectacula tanta ferentem
Quam primum croceis roſida portet equis.
Adiice laedaeos concordia ſydera fratres:
Tenplaque romano conſpicienda foro.
Quam paruo numeros inpleuit principis aeuo.
In patriam meritis occubuitque ſenex.
Nec ſua conſpiciet/miſerum me/munera druſus:
Nec ſua prae templi nomina fronte leget.
Saepe nero in lacbrymas ſummiſſa voce loquetur
Cur adeo fratres: heu ſine fratre deos?
Certus eras nunꝙ niſi victor druſe reuerti.
Haec te debuerant tenpora victor eras.
Conſule nos: duce: nos duce iam victore caremus.
Inuenit in tota moeror in vrbe locum.
At comitum ſquallent immiſſis ora capillis
Infelis druſo ſed pia turba ſuo:
Quorum aliquis tendens in te ſua brachia dixit
Cur ſine me: cur ſic incomitatus abis?

Quid referam de tedigniſſima coniuge druſo:

Atqꝫ eadem cruſi digua parente nurus:

Par bene compoſitum iuuenum fortiſſimus alter:

Altera iam forti mutua cura viro.

Foemina tu princeps:tu filia caeſaris illi

Nec minor es magni coniuge iuſſa iouis.

Tu conceſſus amor:tu ſolus ⁊ vultimus illi:

Tu requies feſſo grata laboris eras.

Te morens pro verba nouiſſima queſtus abeſſe

Et motam nomen frigida lingna tuum.

Jn foelix recipis non quem promiſerat ipſe:

Nec qui miſſus erat:uec tuus ille redit.

Nec tibi deletos poterit narrare ſicanbros:

En cibus ⁊ ſuenos terga dediſſe ſuis:

Fluminaque ⁊ montes ⁊ nomina magna locorum

Et ſi quid miri vidit in orbe nouo.

Frigidus ille tibi corpuſque refertur inane:

Quenque premat ſine te ſternitur ecce torus.

Quo raperis laniata comas:ſimliſque furenti

Quo ruis:attoniata quid petis ora magnu:

Hoc fuit andromache cum vir religatus ad axes
Teruit ad miſſos ſanguinolētus equos.
Hoc fuit euadne tunc cum ferienda coruſcis
Fulminibus capaneus impauida ora dedit.
Quid mortem tibi moeſtia rogas: āplexea ꝑ notas
Pignora de druſo ſola relicta tenes?
Et modo per ſomnos agitaris imagine falſa?
Teq̄ tua druſum credis habere ſinu?
Et ſubito tentaſq̄ manu: ſperaſq̄ receptū.
Quaeris ꝛ in vacui parte priore tori.
Ille pio: ſi non temere haec credūtur: in aruo
Imter honoratos excipiētur auos.
Magnaq̄ maternis maioribus aequa paternis
Gloria quadriiugis aureus ibit equis:
Regaliq̄ habitu curru ꝑ ſup̄bus eburno
Frond triumphali tenpora vinectus erit.
Accipient iuuenē germanica ſigna ferentem
Conſulis imperio conſpicuum ꝑ decus.
Gaudebunt q̄ ſuae merito cognomine gentis:
Quod ſolum domito victor ab hoſte tulit.

Vix credēt tantū rerū coepice tot annos
Magna viri latū quaerere facta locū
Haec ipſū ſulime ferēt: haec obtima mater
Debuerā luctus attenuare tuos.
Foemina dina illis: quos aurea cōdidit aetas
Principibus natis principe digna viro.
Quid deceat druſi matrē matrēq; neronis
Aſpice coſurgas aſpice mane toro.
Nō eadē uulguſq; decēt & lumiā rerū
Eſt quod praecipū debeat iſta domus.
Impoſuit te alto fortuna: locū q; teneri
Juſſit honoratū liuia perfer honus:
Ad te oculos aureſq; trahis: tua facta notamus:
Hec vox miſſa poteſt principis ore tegi.
Alta mane: ſupraq; tuos exurge dolores:
Infragileq; animum: quo potes uſq; tene.
An melius per te virtutū exēpla petemus
Quam ſi romanae principis edis opus?
Fata manent omnia: omnis expectat auarus
Portitor: & turbae vix ſatis vna ratis.

Tendimus huc omnes: metam ꝑperamus ad vnã:

Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Ecce necem intentam caelo terraeqꝫ freto qꝫ

Caſurum triplex vaticinatur opus.

I nunc & rebus tanta impendẽte ruina

In te ſolam oculos & tua dãna refer.

Maximus ille quidẽ iuuenũ ſpes publica vixit:

Et qua natus erat gloria ſumma domus.

Sed mortalis erit: nec tu ſecura fuiſti

Fortia ꝓgenie bella gerente tua.

Vita data eſt vtẽda data eſt ſine foenere nobis

Mutua: nec ſta perſoluenda die.

Fortuna arbitriis tempus diſpenſat vbique:

Illa rapit iuuenes: ſuſtulit illa ſenes.

Qua ꝗruit furibunda ruit totumqꝫ per orbem

Fulminat: & caecis caeca triumphat equis.

Regna deae inmitis parce irritare querendo:

Sollicitare animos parce potenſ herae.

Quae tamen hoc vno triſtibi tempore venit:

Saepe eadem rebus fauit amica tuis.

Nota ꝙ alte es quod ꝑ es foetibus aucta duobus:
  Quodq̧ etiã magno conſociata ioui:
Quod ſenper domito rediit tibi caeſar ab orbe:
  Geſtat ⁊ inuicta ꝓſpera bella manu:
Quod ſpes impleuunt maternaq̧ vota nerones:
  Quod pulſus totiens hoſtis vtroq̧ duce:
Rhenus ⁊ alpine valles ⁊ ſanguine nigro
  Decolor in fecta teſtis itargus aqua:
Danubiusq̧ capax: ⁊ datius orbe remoto
  Appulus huic hoſti per breue pontu ſiter:
Armeniusq̧ fugax ⁊ tandem dalmata ſupplex
  Summa ꝑ diſpſi per iuga pannonii:
Et modo germani romanis cognitus orbis
  Aſpice ꝙ meritis culpa ſit una minor.
Adde quod eſt abſens foetus: nec funere nati
  Semineſes occulos ſuſtinuere tibi:
Qui dolor et menti leuiſſimus influit aegrae
  Acciperes luctus auro quo acta tuos.
Praeuertitq̧ metus per longan pericula luctum
  Tu quibus auditis anxia mentis eras.

No ex praecipiti dolor in tua pectora venit:
Sed per molitos ante timore gradns.
Juppitr ante dedit facti mala ſigna cruenti:
Flammifera petiit cum tria tenpla manu.
Junoniſque graui nocte impauidaeque mineruae.
Sanctaque ⁊ immenſi caeſaris icta manus:
Sydera quin etiam caelo fugiſſe furuntur:
Lucifer ⁊ ſolitas deſtituiſſe vias.
Lucifer in toto nulli conparuit orbe:
Et venit ſtella non praeeunte dies.
Sideris hoc obitus terris iuſtare monebat:
Et mergi ſtygia nobile numen aqua.
At tu qui ſuperes moeſtae ſolatia matri.
Comprecor illi ipſi conſpiciare ſenex.
Perque annos diuturnus eas fratiſque tuoſque:
Et viuat nato cum ſene mater anus.
Et ventura precor deus excuſare priora:
Dum volet a druſo caetera laeta dabit.
Tu tamn auſa potes tanto indulgere dolori:
Longius vt nolis heu male forus ali.

Vix etiam fueras paucas vitalis in horas:
Obtulit inuite cum tibi caeſar opem:
Admonuitque preces ⁊ ius immiſcuit illis:
Aridaꝗ affuſa gurtura tinxit aqua.
Nec miror eſt nato ſuandae cura parentis:
Hic adhibet blandas nec ſine iure praeces.
Coniugis ⁊ nati meritum peruenit ad omnes:
Coniugis ⁊ nati liuia ſoſpes ope es.
Supprime iam lachrymas: non eſt reuocabilis iſtis:
Quem ſemel vmbrifera nauita lintre tulit.
Hectora tot fratres tot defleuere ſorores:
Et pater ⁊ coniunx aſtyanaxꝗ puer:
Et longaeua parens: tamen ille redemptus ad ignes
Nulaꝗ per ſtygias vmbra renauit aquas.
Contigit haec etiam thetidi populator achilles
Iliaca ambuſtis oſſibus arua premit.
Illi caeruleum panope matertera crinem
Soluit: ⁊ immenſas fletibus auxit aquas.
Conſorteſꝗ deae centum longaeuaꝗ magni
Oceani coniunx oceanuſꝗ pater.

Et thetis ante omnes: ſed ne thetis ipſa neqꝫ omnes
  Mutarunt auidi triſtitia iura dei.
Priſqua quid huc repeto: marcellum octauia fleuit:
  Et fleuit populo caeſar vtrumqꝫ palam.
Sed rigidum vis eſt ⁊ ineuitabile mortis:
  Stant rata non nullafila tenenda manu.
Ipſe tibi emiſſus nebuloſum littus auerni
  Sic liceat forti verba tot ore ſonet.
Quid numeras annos: vixi maturior annis.
  Acta ſenem faciunt haec numeranda tibi.
His aeuum fuit inplendum non ſegnibus annis.
  Hoſtibus eueniat longa ſenecta metu.
Hoc ataui monuere mei proauiqꝫ nerones:
  Fregerunt ambo punica bella duces
Hoc domus iſta docet per te mea caeſaris alti:
  Exitus hic mater debuit eſſe meus.
Nec meritis quicq̄ illa iuuant: magis affuit illis
  Mater honos: titulis nomina plena uides.
Conſulet ignoti uictor germanicus orbis:
  Quid fuit heu mortis publica cauſa: legor.

Cingor apollinea victricia tenpora lauro:

Et ſenſi exequias funeris ipſe mei.

Decurſuſque vix notos michi: donaque regum:

Cuntaque ꝑ titulos oppida lecta ſuos.

Et quo me officio portauerit illa iuuentus:

Quae fuit ante meũtam generoſa torum.

Deniq̃ laudari ſacrato caeſaris ore

Et merui: lacbrymas elicuique deo.

Et cuiq̃ miſerādus ore: iam cōprime fletus

Hoc ego qui flendi ſum tibi cauſa rogo.

Haec ſentit druſus: ſi quid modo ſentit: in vmbra:

Nec tu de tanto crede minora viro.

Eſt tibi: ſitque precor multorum filius: inſtar

Parſque tui partus ſit tibi ſalua prior.

Eſt cōiux tutela hominum: quo ſoſpite veſtrā

Liuia funeſtam dedecet eſſe domum.

Finis.